



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Richardi Arsdekin Soc. Jesu Sac. Theol. Professoris Theologia Tripartita Universa**

Complectens nunc Bibliothecam perfectam Viri Ecclesiastici, ordine  
sequenti

Controversiae Heterodoxae Ac Scholasticae - Cum speciali Notitia rerum  
Modernarum, & Chronologia totius Monarchiae Sacrae, & Saecularis,  
Pontificum, Conciliorum &c. Haeresum omnium, ac Propositionum  
damnatarum Mundi Sex Aetatum ...

**Archdekin, Richard**

**Dilingae, 1687**

Prærogativæ speciales Pontifici Romano à Sanctis Patribus ac Conciliis  
omni ævo attributæ, & hic ad ordinem alphabeticum redactæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38447**

quorundam cavillis & effugio relictus est. Intercludendam autem penitus speramus si, ut precamur, Sanctitas tua quid hac in re sentiendum sit clarè distinctèque definiat. Obtestamur ergo ut has præsertim propositiones; de quibus disceptatio periculosa ac contentio ardentior est Sanctitas tua expendat ac perspicuam & certam de unaquaque sententiam ferat. Tum subiungunt illas quinque propositiones tum maxime controversas, & postmodum ab Innocentio X. damnatas, quas cum suis censuris hic supra relatas repetit. Quibus subiungunt sequentia.

Expectata est nuper Beatitude tua quantum Apostolicæ Sedis in gemini Ecclesiæ capitis errore profligando valuerit autoritas: continuo sedata est tempestas, atque ad Christi vocem & imperium venti & mare obediunt: Quamobrem flagitamus, Beatissime Pater, ut clarè, firmèque de propositionum istarum sensu prolata sententiâ, cui Reverend. ipsè Janfenius morti proximus opus suum subiecit, caliginem omnem discutias; animos fluctuantis componas, dissidia prohibeas, Ecclesiæ tranquillitatem splendoremque restituas. Dum hæc spes mentibus nostris affulget, Sanctitati tuæ multos & prosperos annos, sæculoque beatissimam æternitatem Rex sæculorum immortalis adjiciat, optamus ac volumus. Subscripserunt, ut supra annotavi octoginta quinque Episcopi, quorum nomina & nomina Alphabeti tantum ordine hic recenseantur.

Ademarus de Montheil de Grignan, Archiepiscopus Arelatensis. Alanus de Solniac, Episcopus Cadurcensis. Annas de Levi de Ventadour, Archiepiscopus Bituricensis. Anthinius Dionysius Cohon, Episcopus Dolensis. Benedictus Theophilus Archiepiscopus Tarentasensis. Claudius d'Anghires Episcopus Adurentis. Carolus Augustus Episcopus Genevensis. Claudius de Rebe Archiepiscopus Narbonensis. Carolus de Rolmadec, Episcopus Venerensis. Claudius Aubri Episcopus Constantiensis. Claudius de la Magdelene de Ragnii, Episcopus Eduensis. Claudius Mallier Episcopus Tarbensis. Clemens Bonifius Episcopus Bitterensis. Dionysius Sanguin, Episcopus Si. vaneletensis. Dominicus Segnies Episcopus Meldensis. Eduardus Melè Episcopus Bajocensis. Eustachius de Cherri Episcopus Nivernensis. Ferdinandus de Neufville Villeroy Episcopus Maclouviensis. Franciscus à Lotharingio Episcopus Verdunensis. F. Franciscus Frauce Episcopus Glandavensis & nominatus Ambianensis. Franciscus de la Fayette Episcopus Lemovicensis. Franciscus Fonquet Episcopus & Comes Agathensis. Franciscus de Harlay, Episcopus Rotomagensis. Franciscus de Harlay nunc post mortem Patris, Archiep. Rotomagensis. Franciscus Pericad Episcopus Engolismensis. Franciscus de Perrochel, Episcopus Boloniensis. F. Franciscus Suarez Episcopus Memphisiticus. Franciscus de Vissdeloup, Episcopus Madaurensis. Coadjutor Cornubiensis. Gasparus Daillon Episcopus Albrensis. Harduinus de Beaumont Episcopus Rubenensis. Henricus Barbarianus Episcopus Mevensis. Henricus de Barradax Episcopus & Comes Neviomensis. Henricus de Bethune Archiepiscopus Burdegalensis. Henricus de Laval nominatus Episcopus Leonensis. Henricus de Maupas Episcopus & Comes Aniciensis. Henricus à Sabaudia nominatus Archiep. & Dux Remensis. Jacobus Episcopus Aquensis. Jacobus Episcopus Sancti Flori. J. V. De Tulles Episcopus Vaurensis. Jacobus de Grignau Episcopus Tricastinensis. Jacobus Lescot Episcopus Carnorensis. Jacobus de Marlij Episcopus Tolo-

nensis. Jacobus de Neuschèzes Episcopus Cabillonensis. Joannes Antonius Delingendes nunc Episcopus Matificonensis. F. Joannes Episcopus Aulensis suffraganeus Claromontensis. Joannes de Gordon de Genoillac de Vailiac Episcopus Tuellenensis. I. I. De Flerres Episcopus Sancti Pontij. Joannes De l'Estrade Episcopus Condomensis. Joannes de Passelaigne Episcopus Bellicensis. Joannes de Plantavit de la Pause Antiquus Episcopus Lodovensis. Isaacius Habert, Episcopus & Comes Vabrensis. Leonorius d'Estampes de Valencay Archiepiscopus & Dux Remensis. Leonofius de Matignon Episcopus Lenovienensis. Ludovicus Dinet Episcopus Mariscouensis. Ludovicus d'Estain Episcopus Claromontanus. Ludovicus Domus d'Attichy Episcopus Rejenensis, nunc Eduensis. Ludovicus de Suze Episcopus Vrvariensis. Ludovicus Episcopus Mirapicensis. N. Le Clerc, Episcopus Glandavensis. Nicolaus Boyleve Episcopus Abrimensis. Nicolaus Grillet Episcopus & Comes Vsericensis. Nicolaus de Sanguin, Episcopus Si. vaneletensis. Nicolaus Levin, Episcopus Sarlatensis. Paulus Episcopus Manrianiensis. Petrus de Broc Episcopus Antissiodorensis. Petrus Fenoillet Episcopus Monsteliensis. Petrus Marca Episcopus Conferanavorum. Petrus Scarron Episcopus & Princeps Gratianopolitanus. Philibertus Brandon, Episcopus Petrocoriensis. Philibertus de Brichanteau de Nangis Episcopus & Dux Landunensis. Renatus de Lœuet Episcopus Canubiensis. Robertus Cuppif, Episcopus Dolensis. Rogerius d'Aumont Episcopus Abriucensis. Samuel Martineau Episcopus Vasatensis. Simon le Gras Episcopus Suelsonensis.

Præter hæc, quæ tantum ad Controversiarum elucidationem aliunde adduximus, videri possunt plura in Consultatione Theologico-Juridica D. Nicolai du Bois supra memorati, ubi plurimis anteriorum temporum testimoniis & exemplis deducit jura competentia, & auctoritatem Sedis Apostolicæ tam in temporalibus, quam in Spiritualibus, ac plura alia studioso Lectori idonea, si de his controversiis prolixior tractatum desideret.

Ad notitiam in hoc genere magis generalem & maxime pro Heterodoxis instituendis, peculiari studio adjectimus sequentia.

#### PRÆROGATIVÆ SPECIALES PONTIFICI ROMANO

A Sanctis Patribus, ac Conciliis omni ævo attributa, & hic in ordinem Alphabeticum redacta.

Primus & sanè singularis hujus Annotationis usus est, per illam demonstrare omnis ævi, in toto mundo, consensum communem pro auctoritate perpetua Pontificis Romani in singulis suis Titulis ac Prærogativis, & consequenter infallibilem veritatem Ecclesiæ huic Capiti annexæ. Atque eadem operâ penitus convellere infames Titulos, hic in fine memorandos, quibus moderni Sectarii Pontificis Romani, & Ecclesiæ illi subiectæ Auctoritatem apud ignarum populum opprimere nituntur: in quo & seipfos segregare à vera Ecclesia, & illius Capite toti mundo semper agnito, hinc manifestè convincuntur.

Secundus usus est, in his, & aliis dogmatibus à Pontifice Romano definitis ipsos Catholicos constabillire, si qui forte in istis minus essent roborati.

Tertius est, in Quæstionibus particularibus huc spectantibus, in promptu habere facilem recursum ad ipsos Patres, & Concilia in particulari, quæ in hoc distincto ordine commo distimè reperiuntur.

A. Pon-

Arde  
kin

Theo-  
logia

- A.**  
*Pontifex Romanus Abraham Patriarchatu*, *Aaron Dignitate*. S. Bernardus lib. 2. de Confid. cap. 8.  
*Abel primatu*. Idem ibid. cap. 2.  
*Antistes venerabilis Apostolica Sedis*. S. Augustinus Epist. 157.  
*Antistes Pontificalissimus Apostolica summitatis*. Sexta Synodus Actio 18. In prophonetico ad Imperatorem.  
*Apex Pontificatus*. Justinianus Novella 131.  
*Apex divinus*. Basil. & Conc. Ephes. Actio 11. Concilii Chalcedon. initio.  
*Apex sublimissimus Apostolatus*. Lactantius Epistola ad Nicol. 1. Pont.  
*Apostolatus Principatus cuilibet Episcopatus præferendus*. S. August. lib. 1. de Baptis. contra donat. Cap. 1.  
*Apostolicus universalis Ecclesia*, & *Episcopus omnium Ecclesiarum*. Synod. Chalcedon. Actio 6.  
*Arbiter Ligandorum, Solvendorumque*. S. Leo Serm. 2. de sua assumptione.
- B.**  
*Basis fidei*. Chrysoftom. homil. 2. in Psal. 50.  
*Basis Immobilis*. Chrysoft. homil. de Petro & Elia.
- C.**  
*Cacumen ac vertex humani generis*. Petri Damiani Opusc. 23. Cap. 1.  
*Caput & Princeps omnium Patriarcharum*. Conc. Nicænum cap. 39. apud Pisanum lib. 3.  
*Caput Sacerdotii omnium Christianorum*. Petrus Damiani. In Odilone.  
*Caput Ecclesia adamantie naturam firmitate superans*. Chrysoft. homil. 55. in Matth.  
*Caput fidei*. Sanctus Gregorius II. registri Epistola 42.  
*Cardo summus totius mundi*. Petrus Damiani Opusc. 30. cap. 1.  
*Claviger cali*. Cyrillus Hierosolym. Catech. 6. & 17. Anastasius Biblioth. in præfatione ad vitam S. Joannis Eleëmof. Nicolaus 1. ad consulta Bulgar. cap. 5.  
*Columna Ecclesia, fundamentum fidei*. Chrysoft. homil. 3. in Acta Apost.  
*Columna incorrupta Ecclesiarum fidei Basis*. Chrysoft. Hom. 1. in Psal. 50.  
*Consiliarius necessarius Christianorum*. Chrysoft. in encomio SS. Petri & Pauli.  
*Curator Vicarius Ovium Christi*. S. Fulgentius serm. 57.  
*Custos vineæ à Salvatore ipso deputatus*. Conc. Chalcedon. in fine, & Actio 3. in relatione Synodica ad S. Leonem.  
*Custos fidei*. Petrus Chrysofolog. serm. 107. Conc. Ephes. Tomo 2. cap. 15.
- D.**  
*Discipulus crucis, & successor piscatoris*. S. Hieronymus Epistola 57.  
*Doctor supremus orbis terrarum*. S. Damascenus in histor. Barlaam cap. 11. juxta Græcum Codicem ab Hieronymo Donato exhibitum in Apologetico de Romanæ Sedis principatu.  
*Dominus & Pater totius Ecclesia in terra peregrinantis*. S. Anselmus lib. de incarnatione verbi c. 7.  
*Dominus Sanctus & Apostolici culminis, venerandus S. Roma & Apostolica Sedes atq. universalis Ecclesia Papa*. S. Athanasius & Episcopi Ægypti ad Marcum Papam.  
*Dominus omnium gentium*. Concilium Nicænum 1. Canone 44. è veris ex Arabico.  
*Dux discipulorum Christi*. S. Epiphanius hæresi 151.  
*Dux universalis Ecclesia*. Damascenus Orator. de transfiguratione.
- E.**  
*Episcopus orbis*. Petrus Blefensis Epistola 145. S. Bernard. Epist. 239.  
*Episcopus Patriarcharum*. Cassiodorus Epistola 15. l. 9.  
*Episcopus Universalis*. In tribus epistolis quæ habentur in Concil. Chalcedon. Actio 3. S. Leo sic denominatur.  
*Episcopus solus universalis omnium Ecclesiarum*. Petrus Damiani Opusc. 23. cap. 1.  
**F.**  
*Fastigium sublime Sacerdotij*. S. Cyprianus Epistola 52.  
*Firmamentum omnium*. S. August. serm. 16. de Sanctis.  
*Firmamentum à Deo fixum & immobile*. Athanasius & Episcopi Ægypti ad Felicem.  
*Forma & fundamentum Ecclesiarum à quo omnes Ecclesia principium sumpsisse nemo rectè credentium ignorat*. Vigilius Papa epistola ad Euther.  
*Fundamentum æternum fidelium*. Sanctus Chrysofomus homil. in 12. Apostolos.  
*Fundamentum Ecclesia*. S. Dionisius ad Timoth. S. Clem. epist. 1. ad Jacob. S. Hilari. in Psal. 137.  
*Fundamentum supra quod adificii Ecclesiastici altitudo confurgit*. S. Augustinus sermon. 15. de sanctis.
- G. H.**  
*Gubernator Throni Apostolici*. Conc. Chalced. Actio 1.  
*Heres Apostolorum*. S. Bernardus de confid. cap. 8.  
*Heres Sancti Petri*. Petrus Blefensis Epistola 145. S. Leo serm. de annivers. suæ assumptionis.  
*Homo hominum præcipuus*. Petr. Damiani Opusc. 23. c. 1.
- I.**  
*Janitor calorum*. Petrus Chrysofologus sermon. 127. Urbicus apud Sanctum Augustinum Epistola 86.  
*Janitor ovium Christi*. S. Ambrosius cum Synodo Mediolanensi ad Syricum.  
*Interpres vocis B. Petri omnibus constitutus*. Concilium Chalcedonense Epistola ad Sanctum Leonem.  
*Index celi in terreno judicio*. Sanctus Hilarius in Psal. 137.  
*Index omnes judicans, ipse à nemine judicandus*. Synodus Romana sub Nicolao I. contra Photium colloq. 1.
- L.**  
*Lingua calorum*. Petrus Damiani serm. 26.  
*Lumen supremum, & Princeps Sacerdotum primus*. Theodorus Studita lib. 2. Epistola 12. & 13. ad Pascalem.
- M.**  
*Magister orbis terrarum*. Chrysofomus homil. de Petro, & Elia.  
*Mater & caput omnium Ecclesiarum Romana*. S. Athanasius cum Conc. Epistola ad Marcum Papam.  
*Mater & Magistra universorum Christi fidelium Romana Ecclesia*. Conc. Lateran. sub Innocent. III. cap. 5.  
*Moderator & Rex universa Ecclesia*. Damasc. Orat. de transfig.  
*Murus inexpugnabilis contra hæreses*. Rupertus lib. 2. offic. Cap. 22.
- O.**  
*Origo Christiana religionis, & Sacerdotalis mater dignitatis Apostolica Sedes*. Episcopi German. ad Joan. VIII.  
*Os Apostolorum, & Princeps, ac vertex catus*. Chrysofomus homilia 87. in Joan.
- P.**  
*Papa Cathedra Apostolica*. Octava Syn. Actio 10. c. 11.  
*Papa universalis ser beatissimus*. Tertia Syn. Actio 17.  
*Pastor unus ovium, & Pastor omnium*. S. Bernard. 2. de Consideratione cap. 8.  
*Pater Christiana plebis*. Sanctus Augustinus Ep. 162.  
*Pater orbis*. Petrus Damiani Opusc. 23. cap. 1.

*Patrarcha univ. versalis.* Conc. Calced. Actio 3, in acclamationibus ad S. Leonem.

*Petra fidei.* Damascenus in Histor. Barlaam.

*Petrus potestate.* S. Bernardus 2. de consideratione cap. 8.

*Petra Ecclesiarum.* S. Augustinus ferm. 26. de Sanctis, olim apud Ambros. ferm. 47.

*Petra e qua fons salutifera confessionis emergit.* Sanctus Maximus homilia 1. in Nat. SS. Petri & Pauli.

*Pontifex Summus magna Sedis Apostolica.* Synodus 2. Constantinopol. Actio 4.

*Portus Fidei.* Chrysostomus homil. de Petro & Elia.

*Portus tuisissimus Catholicae Communionis.* Sanctus Hieronymus Epistola 16.

*Prætor supremus Ecclesie.* Cyrill. Hierosol. Catech. II.

*Præfectus toti orbi terrarum, claviger caelorum, cujus arbitrio & potestati cuncta Deus permisit.* Chrysostomus hom. de Sancto Ignatio.

*Præfides Ecclesie totius orbis terrarum.* S. August. lib. 1. contra Julian. cap. 2.

*Præfides Ecclesie divina Providentia præordinatus.* Damascenus orat. de transfigur.

*Præsul Apostolicus in summitatis arce constitutus, cui Deus omnium Ecclesiarum curam habere præcepit.* S. Athanasius cum collegis Epistola ad Felicem Papam.

*Primas omnium Episcoporum.* S. Leo ferm. 2. de sua assumpt.

*Primas Diaceses.* Concilium Chalcedon. 9.

*Primas omnium, & Præfatus orbis.* Theophylactus in cap. 22. Lucae.

*Princeps communis Christianorum omnium.* Michael Palæologus Imperator Græcorum ad Gregorium X. R. S.

*Radix & matrix Catholica Ecclesie.* S. Cyprianus Epist. 45.

*Rektor omnium Gentium.* Concil. I. Nicænum can. 44.

*Rex Regum & unicus Christianorum Princeps.* Ladislaus Rex Hungariæ orat. ad Nicolaum V. apud Cochleum lib. II. hist. Hussitarum.

*Robur & Petra Ecclesie.* Theophylactus in Luc. 22.

*Sacerdos summus.* S. Hieronymus in præfatione Evangel. ad Damascum.

*Sacerdos unus.* S. Cyprianus Epist. 55.

*Saxum immobile, totius Christiani operis compagem molemque continens.* S. Augustinus ferm. 16. de Sanctis.

*Sedes in qua semper extra maculam servata est Catholica Religio.* Iustinianus ad Agapetum Papam.

*Sedes unde Religionis nostra fons & origo manavit.* Episcopi Gallicani ad S. Leonem.

*Servator aurea fidei catena, præcepto Legislatoris ad nos usque deducta, omnibus B. Petri vocis constitutus interpretes.* Synodus Chalced. Epistola ad Pontificem Rom.

*Servus servorum Dei.* S. Gregorius titulum hunc modestissimum usurpavit, & ceteri post illum Pontifices.

T.

*Tenens principatum Sedis in Ecclesia per cunctum orbem patente.* Sexta Synodus Epist. ad Agathonem.

*Thronus supremus verticalis in quo Christus fidei claves posuit, adversus quem non prævalerunt usque ad condemnationem porta inferi, ora scilicet hæreticorum.* Theodoros studita Epistola ad Naveratium.

V.

*Verrex Apostolicus Præfultum, cujus cuncta sollicitudo*

R. P. Arjdek. Tom. I.

*est tam mala damnare, quam revelare laudanda.* Episcopi Africani Epistola ad Damascum.

*Verex membrorum omnium Ecclesie.* S. Augustinus ferm. de tempore.

*Vicarius amoris Christi ab eo in calum elevato relictus.* S. Ambrosius in Luc. ult.

*Vice Christi fungens, & summo Pastorem in Apostolica dignitate succedens.* Petri Damiani Opusc. 17. cap. 4. Et S. Gregorius l. 2. Epist. 33. Proprie igitur dicitur Pontifex Vicarius Christi, sed non proprie successor Christi, sed Petri in Ecclesie Sacerdotio, quia Christus Sacerdotium habet sempiternum.

## CONCLUSIO

## EX PRÆDICTIS.

**A**Udis, O sectarie, vocem & assensum unanimum Patrum, Conciliorum, Sanctorum, Doctorum Ecclesie universæ Orientis & Occidentis, in toto orbe, & in omni ævo, à quibus Christiani omnes se intemperatam Christi fidem, & doctrinam accepisse gloriantur. Hi omnes uno ore Pontificem Romanum, ut Christi Vicarium, Ecclesie caput, interpretem fidei, cum reliquis prærogativis semper agnoverunt, coluerunt, prædicaverunt. Tu ab horum vestigiis, ab orbis universi, ab omni ævi fide, consensu, ac testimonio ab uno novo Luthero, aut Calvino Apostatis te miserè abduci & excæcari pateris. Neque contra illos universos exhortatiles credere Pontificem Romanum esse Antichristum, Sedem illius Apostolicam esse *Cathedram pestilentiam*. Ecclesiam quam ille regit esse *Ecclesiam malignantium, Concilium vanitatis, Sedem iniquitatis, Synagogam Satanae*, ut alia omittam effata rabida, & totius orbis verè Christiani sensus è diametro contraria, ut tuis ipse oculis supra aspexisti. Quid hoc aliud est, quam ultro insanire, & cæco impetu in interitum ruerè voluntarium?

Collige igitur animum, vias tuas tam obliquas ferid tandem considera, ac detestare. Et si forte probra tam iniqua, & impia in Christi Vicarium, quæ etiam in Christum ipsum redundant, te hæcenus verè fidei lumine indignum reddiderunt, tandem per humilem orationem, ut perfectè illustreris, ad Dei gratiam ac misericordiam recurre, juxta brevem formulam hic subiectam, & sincero corde sapius iterandam.

## ORATIO.

**D**eus meus, & salus mea aeterna! in medio positus quo me securè verterem hæcenus nescivi. Video nunc de Christi in Terris Vicario, & consequenter de Ecclesia illi adhaerente, consensum unanimum illorum quos ab initio, & omni deinceps ævo Fidelibus tuis verè Fidei Duces, ac Præcones concessisti. Ex toto igitur corde pro gloria tua, & salute aeterna anima mea supplex imploro, ut condonatis delictis meis, mihi verè Fidei lumen, animique robur firmum concedas, ut Ecclesia sic rectè constituta veritatem plenè agnoscam, & agnitæ veritatis tuæ in perpetuum constanter adheream. Hoc, inquam, suppliciter efflagito per Iesu Christi merita, passionem, ac sanguinem, qui est omnibus sincerè se requirentibus fidei Author, & fidelis Remunerator in sæcula sæculorum Amen.

H TRA.

Arjdek

Theologia